

ut perierat et in uen

in m<sup>o</sup> p<sup>o</sup> d<sup>o</sup> r<sup>o</sup> p<sup>o</sup> q<sup>o</sup> i  
p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> d<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> m<sup>o</sup> s<sup>o</sup> m<sup>o</sup> : i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> m<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> i<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> r<sup>o</sup> m<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>

ir<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>  
i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> p<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup>

574. Jure

QUOD TRINITAS BENEDI-  
 CTA AUSPICATUM, ET BEA-  
 TUM ESSE FAXIT,  
 DISPUTATIONEM  
 HANC INAUGURALEM EX L. UN. &  
*ibi notat. C. de Sent. que pro*

**EO, QUOD**  
**INTEREST,**

proferuntur petitam,  
*Ex decreto & mandato amplissimi*  
*Factor. ordinis in florentiss. Academia VVittebergensi,*

SUB PRÆSIDIO  
 Viri Clariss. & Consultiss.


DN. MICHAELIS LEDERERI, J. U. D.  
 Juridicæ Facultatis Assessoris, & Judicij Electoralis  
 Curiaæ advocati,

*Pro Gradu Doctoratus in Ju. Vtroq; consequendo publicè exa-  
 minandam proponit, & propugnabit*

**CYRIACUS HEDERBERGER**  
 Sang. Saxo.

*7. Mensis Augusti.*

*Horis matutinis, & pomeridianis in auditorio majori.*  
 Wittebergæ, Typis Johannis Matthæi, Anno 1618.



GHOOD RININIAS BEHEUR  
 CTA AHSICAHUM ET BEA  
 TUM ESSAYT  
 BLISPV TATIO WA MA  
 WAC KNAGQUA ALBA EX LUNA  
 in luce. C. de. 17. 17.

EOLIO  
 MATHEST

In hoc...  
 SUTR...  
 In...  
 D...  
 In...  
 C...

CY...  
 S...  
 S...  
 W...



# IMPERATOR IU- STINIANUS A. JOANNI P.P.



um pro eo, quod in  
 terest, dubitationes antiquæ in  
 infinitum productæ sint; meli-  
 us nobis visum est, hujusmodi  
 prolixitatem, prout possibile  
 est, coarctare in angustum. Sancimus itaq;  
 in omnibus casibus, qui certam habent quã-  
 titatem, vel naturam (veluti in venditioni-  
 bus, & locationibus, & omnibus contracti-  
 bus) hoc quod interest dupli quantitatem  
 minimè excedere: in alijs autem casibus, qui  
 incerti esse videntur, iudices, qui causas diri-  
 mendas suscipiunt, per suam subtilitatem re-  
 quirere, ut hoc, quod revera inducitur da-  
 mnum, hoc reddatur, & non ex quibusdam  
 machinationibus, & immodicis perversioni-  
 bus in circuitus inextricabiles redigatur, ne  
 dum in infinitum computatio reducitur, pro  
 sua impossibilitate cadat: cùm sciamus, esse

A z natu-

183  
naturæ congruum, eas tantummodo pœnas  
exigi, quæ vel cum competenti moderamine  
proferuntur, vel à legibus certo fine conclu-  
sæ statuuntur. Et hoc non solum in damno,  
sed etiam in lucro nostra amplectitur consti-  
tutio: quia & ex eo veteres id quod interest  
statuerunt. Et sit omnibus, secundum quod  
dictum est, finis antiquæ prolixitatis hujus  
Constitutionis recitatio. Dat. CL. Sept, Con-  
stantinop. post Consula. Lampadij & orestis  
Cofs.

## Thema I.



Quod Imp. Justinia. alibi professus est,  
unam se semper propositam sibi ha-  
bere curam, omne, quicquid prius  
imperfectum, aut confusum videba-  
tur, hoc & expurgare, & perfectum ex  
imperfecto declarare; illud ipsum in  
promulgata L. un. C. sent. quæ pro eo quod int. prof.  
reddidit probatissimum, dum dubitationes antiquas,  
pro eo quod interest in infinitum productas, edictali  
decisione feliciter amovit, & negotium certitudine,  
ubivis impofterum valitura, consultissimè obsigna-  
vit. At quia Interpretum dissensionibus contigit, ut  
hæc Constitutio obscura esse, adeoq; explicationis lu-  
mine indigere videretur, reperti sunt hætenus non  
pauci, quibus cordi fuit, sacratissimi Imperatoris san-  
ctionem studijs suis ab iniqua [confictæ] obscuritatis  
nota

nota liberare, vanaq; eximere reprehensione. Quo-  
rum vestigia jam sub incumbentis operæ oportunita-  
te nos ideò sequemur libentius, quoniam materia e-  
jus quod interest, Teste Trentacinq. *lib. 1. resol. un. n. 1. de  
interes.* & in palatijs versatur quotidie, multumq; in  
jure practico est considerabilis, & dubio procul digni-  
tas Textus celeberrimi repetitionis dulcedine magis  
inclarescet. Itaq; paucis præmissis, membra Con-  
stitutionis ordine persequemur.

II.

*Meritò in exortum ejus quod interest pri-  
mum inquiritur.*

Nam in juris scientia principium cujusq; rei pars  
est potissima, utpote à quo fastigium suscepti negocij  
dependet, & intellectus fluit evidentior. *l. 1. ff. O. I. Bon.  
artic. 1. n. 2. de Cens.*

Rationis igitur humanæ dictamen peperit illud  
ipsum ex naturalis æquitatis complexu; siquidem ad-  
missio læsionis in secundo juris præcepto vetita. *§. 3. I.  
I. § I. l. justitia. 10. §. 1. ff. eo. non nisi dispendiorum illato-  
rum aboletur præstatione §. illud non. 10. I. Lege Aq. l. ait  
lex. 21. pr. §. ff. eo. per l. 23. in fi. R. I. Hotom. tr. int. f. mibi.  
228. quòd jus Naturæ iniquitatem averfatur conditio-  
nis bonæ turbatricem. l. cum hi. 8. §. si quis. 22. in fi. ff.  
transac. l. nam hoc. 14. ff. cond. indeb. l. jure succursum. 6. in  
fi. ff. ju. dot. l. 206. R. I. c. locupletari 48. extr. eo. in 6. Hinc  
natæ sunt Rr. Factum cuiq; suum, non alteri nocere  
debet. l. qui ad. 25. §. si quis. 2. in fi. ff. SC. Treb. l. is. d. qui. 9. ff.  
que infrau. cred. l. 155. R. I. Fieri aliquid, ex quo in com-  
modum irrogetur alteri, non permittitur. l. in muris.  
2. ff. ne quid in lo. sa. Mutare suum consilium in alterius*

A 3 inju-

injuriam nemini licet. *l. 75. R. I. c. non debet 22. c. mutare. 33. extr. eo. in 6.* Proinde quoties ab aliquo vel faciendo, vel intermittendo damni alicui allatum est, toties indemnitatis consideratio ex Lege Naturæ prodit, ut provisu conveniente sui jactura caveatur. *Spec. sub Rub. interes. §. sequitur Donel. adl. 72. n. 26. V. O.* Hanc egregiam Naturæ curam omnia jura sibi propositam imitantur, & exercent. Exempla habentur in *ju. div. Exod. 21. v. 18. §. 19. §. c. 22.* passim in *jur. Can. c. si rixati 1. c. si laferit, 4. §. tot. tit. extr. inju. §. dam. c. pervenit. 2. extr. Fidejus.* In *Jur. Civ. testimoniorum* plena sunt omnia: toties enim damni restituendi, quoties ejus quod inreresit fit mentio.

### III.

## *Vox interesse varias admittit interpretationes.*

Interesse nostrum eodem latinè dici modo, quo velle suum, scire tuum; vivere nostrum, cum *Coras. i. misc. c. 20. n. 2. 3.* putamus. Quandoque autem denotat præsentiam, ut: quid sit actum, optimè ex Emplatorio cognosces, qui non solum negotio interfuit, sed etiã præfuit *Cic. i. fam. 8.* Si uterq; causæ cognitioni interesse nequeat, alter in eodem negotio procedere non differat *c. cum dilecti 3. extr. emt. vend.* Officium Tribunalium est, frumentationibus commilitonum interesse, frumentum probare *l. officium 12. §. 2. ff. re milit.* Interdum interpositionem, ut: oportuna explicandis copiis intererat montana planities. *Curt. lib. 4. Hist. Alex.* Aliquando differentiam, ut: Inter hominem & beluam hoc interest, quòd hæc ad præsentia se solum accommodat, ille conseq. cernit. *Cic. i. offic.* Nihil interest, ipso *ju. quis actionem non habeat, an per except. infirmetur l. 112. R. 7. & alijs in locis l. si bene 33. in fin. pr. ff.*

*usur.*



*usur. l. domum 57. pr. ff. contrab. emt. l. quamvis. 8. §. si conve-*  
*nerit 8. ff. ad Vell. l. pedius. 4. §. divus 1. ff. incend.* Nonnun-  
 quam pertinentiam relativam designat, ut: *Tua in-*  
*terest, quantum in nos licuit, si id potius clementia,*  
*quàm sævitia vis esse testatū. Sysig. Dar. conjux apud Curt*  
*Hist. Alex. lib. 3.* Ideo compensatio necessaria est, quia  
 nostra interst, potius non solve, quàm solutū repe-  
 tere, *l. 3. ff. comp.* Judices quorū interest referre, si cessa-  
 verint, pœnas luan *l. omnib. 3. C. sportu.* Artem Geome-  
 triæ discere, & exercere publicè interest *l. 2. C. malef.*  
*math.* Quarum significationū ultima Rei præsentis est  
 convenientior: nam quod nostra interest ne fiat, vel  
 abest, ad nos utiq; refertur, & pertinet. Sic Titij inter-  
 est servū, propter spem hæreditatis, non occidi. Itaque  
 nō tantū corpus peremptū, sed & spem hæreditatis  
 ademptam homicida præstare tenetur *l. inde Nerat. 23.*  
*§. l. ex morte 3. C. de L. Aq. Costal. ad l. numis 3. ff. in lit.*  
*ju. n. 19.* In hac autem acceptione interesse rem princi-  
 palem, uti dicitur *tb. 9.* non comprehendit, nec preci-  
 um ejus, sed damnum extrinsecus circa eandē emer-  
 gens, vel lucrum cessans indigitat. Inde remittens in-  
 teresse rem principalem remittere non censetur *c. in*  
*nostra 8. extr. inju. §. dam. Molin. n. 9. Don. c. 2. Oesten. c. 1.*  
*n. 9. §. 16. de interes.* IV.

*Synonymè fœdus interesse, utilitatem, & pec-*  
*cuniam numeratam usu ligat promiscuo.*

Interesse utilitatem indicare amissam testatur  
*Paul. l. si servum 33. ff. ad L. Aq. §. l. si commissa. 13. ff. rem-*  
*rat. bab.* Nempe quod nobis utile fuisset, nisi per alteri-  
 us injuriam abesset, illud sub voce interesse significa-  
 tur. Hinc etiam appellatur utilitas *l. Julianus 9. in fin. ff.*  
*ad exhib. l. dies 4. §. in eum 7. ff. dam. inf. l. 1. §. hac verba 5.*  
*ff. ne vis*

ff. ne vis fiat ei. l. quoties. §. 1. in fi. ff. V. O. Nō quidem quod  
interesse, absolute ita dictum, sit utilitas (ea enim in  
perditis numeratur, & si extaret, interesse neutiquā  
nuncupari posset, cū intersit illud, quod abest, &  
desideratur). Sed quod ratione defectus debeatur per  
judicis cognitionem reparanda. p. l. arbitraria. 2. §. nunc  
§. cum l. seq. ff. eo quod certo lo. Corne. consil. 113. in fi. lib. 3.  
Joh. de Ana. in c. conquestus. §. extr. usur. Felin. c. um ven-  
erab. 9. n. 9. extra. except. Soc Sen. tr. fall. Reg. 3. caut. 33.  
Franc. Marc. decis. 167. n. 10. p. 2. Rebuf. n. 526. & 593. ad l.  
no. un. Nat. cons. 370. in fi. lib. 2. Bursa. cons. 68. n. 33. lib. 1.  
Gail. 2. obs. 6. n. 5.

### *Pecunia numerata vocatur interesse.*

Eam ob causam, quod in ejus locum succedit, vi-  
cesq; absentis sustinet. l. ita vulneratus. 51. vers. repetitis.  
ff. ad L. Aq. l. si quis. 13. in fi. ff. re jud. l. stipulationes. 72. in fi.  
pr. V. O. Nam si quid factum est, quod fieri non debu-  
it. l. inde Nerat. pr. §. 4. ff. ad L. Aq. id ipsum autem per  
rerum naturam reddi infectū nequit. c. si Paulus. 11. 32.  
q. 5. l. in bello. 12. §. facti. 2. ff. captiv. l. un. C. rap. virg. l. verū  
est 31. R. I. Nec impossibilem ulla sit obligatio. c. Nemo.  
6. extr. R. I. in 6. l. impossibilem. 185. ff. eo. p. l. fin. ff. que sent.  
sine app. Nov. 97. c. 1. Nemo tamen sua poenitentia no-  
cens peccati esse desinat. l. quid sit. 17. §. Caelius. 1. ff. edil.  
edic. l. à Titio. 65. ff. fur. Bl. ad l. ex bis. 7. C. testam. mil. Jas.  
ad l. 1. §. si vir. 4. v. nota primo. ff. acq. poss. omnino neces-  
se est, deveniri ad facti æstimationē, cujus nomine pe-  
cuniā numeratā fiat præstatio. l. stipulationes. 72. in fi. pr.  
V. O. ubi Don. n. 29. Ea propter veteres J. C. t. æstimandū  
esse dicunt quāti intersit. l. ait lex. 21. ff. ad L. Aq. l. si quis.

13. pr.

642  
13. pr. ff. re jud. utilitatem venire in æstimationem. l. si  
sterilis. 21. §. cum per 3. ff. act. em. quæ nihil aliud, quàm id  
quod interest, declarat. Inde nominatur pecunia in-  
teresse, quia hujus æstimatio est, & eo nomine præsta-  
tur, ac præstita eandem illam utilitatem, quæ nobis  
aberat, ipsa vi continet. Don. d. lo. Par ratio versatur in  
eo, quod fieri debebat, & intermittitur, ut, si quis ope-  
ras se editurum promiserit, nec edat intra id tempus  
quo per rerum naturam edi poterant, ad interesse,  
tenetur. d. l. stipulationes 72. V. O.

VI.

*Super his asseritur, in stipulationibus faciens  
di interesse non solum contineri in solutione,  
sed etiam in obligatione.*

Quandoquidem jam constat, præstationem fa-  
ctorum noxiorum, vel intermissionis esse expiatri-  
cem, eamq; prævia æstimatione per pecuniam nume-  
ratam expediri, dubitandum diu non est, num inter-  
esse, factum non defecisse, fuerit in obligatione, eti-  
amsi in stipulatione nominatim non fuerit expressum?  
etenim quæ propter conditionem pendentem abesse,  
eadem purificata adesse præsumuntur. p. l. ita stipula-  
tus. 115. V. O. Men. A. I. Q. cas. 498. n. 5. Quamlibet stipula-  
tio id quod interest non contineat actu, continet ta-  
mè potestate, & effectu Oesten. c. 4. n. 14. Tr. int. Quare  
ne contra bonã fidem idem exigi bis videatur. c. ut se-  
mel. 83. extra R. I. in 6. l. bona fides 57. ff. eo. & quidem ad-  
versus contrahentium conventionem, factum, & in-  
teresse copulativè in stipulatione non exprimuntur.

B

Nam

Nam cum effectus sequatur actum, actus autem sub  
facto in stipulationem deducto requiratur, cessante  
facto, cessabit effectus, i.e. utilitas facto peracto perci-  
pienda. Proinde adempta ista per cessationem facti  
utilitate, vi stipulationis ratio ejus, quod interest, ha-  
benda erit. Et sic non verba stipulationis, sed volun-  
tas contrahentium, & efficacia obligationis sunt in-  
spicienda *l. cum quid 3. ff. reb. cred. l. celsus 6. §. si fundus*  
*1. ff. contrab. emt.* siquidem stipulatio præter verba et-  
iam consensum gerit, sine quo nihil in stipulationem  
deductum valet, aut deberi potest, *l. inter 83. §. si stichum*  
*1. l. continuus 137. §. si hominem 1. V. O. Don. ad l. stipulatio-*  
*nes 72. n. 45. cum seqq. eo.*

VII.

*At facta sunt in obligatione,  
non in petitione.*

Hoc sita observari in omnibus faciendi stipulati-  
onibus. ajunt Cels. *l. si quis 13. in fin. ff. re jud.* & Ulpian. *l. sti-*  
*pulationes 72. pr. V. O.* quia propter incertitudinem ne-  
mo ita præcisè ad factum præstandum obligatur, sicut  
ad dandum *p. l. ubi n. 75. §. qui id 7. Br. ad l. stipulat. 72. in*  
*fin.* sed præstando interesse quis liberatur à faciendo,  
*dd. lt. Schneidew. ad §. fin. n. 6. 7. V. O. ubi Vult n. 2.* Nec  
obstat, stipulatorem competenter intendere posse,  
sibi fieri oportere, quod promissum erat, cum legis di-  
spositio competentiam hujusmodi restrinxerit *l. si in-*  
*fulam 84. d. t.* Enimvero peti id non potest, quod non  
debetur; factum autem in stipulationem deductum,  
sed intra suum tempus non peractum, tempore cœ-  
ptæ litis non debetur: quia interesse tunc est solubile.

*d. l. 84.*

643  
d. l. 84. Proinde cessat ejusd. petitio, reusq; post stipulationem commissam nec cogi potest ad facti præstationem, nec auditur, ut maximè factum dare effectū velit. d. l. 84. Br. in d. l. 72. circa fin. Don. ibid. n. 41. V. O.

IIX.

*Pœna nonnunquam loco interesse subit,  
ejusq; arguit inspectionem.*

Sic Paul. l. fin. ff. eo. quod certo lo. interesse, quod loci occasione post moram emerferat, pœnæ nomine comprehendit. Idem facit Justinia. in l. no. un. vers. cum sciamus. ubi Cujac. in παρ. quia pœna dicitur, quicquid ultra rem principalem exigitur, & utrumque est coercitio moræ, quæ cum delictum sit p. l. dolus 44. ubi gl. ff. mand. meritò punitur, wes παρ. n. 9. ff. usur. Itaque creditor in eum casum pœnali stipulatione sibi licitè prospicit §. alteri 18. I. in ut. stip. l. stipulatio 38. §. alteri 17. ff. V. O. l. fin. ff. præto. stip.

IX.

*Diversa sunt interesse, precium,  
& res ipsa.*

Diversa ea esse inter se, quæ diversa habent nomina, rescribit. Constantin. Imp. l. si idem 7. C. codicil. Proinde precium, prout jacet, & seorsim afficit, etiam differt ab eo quod interest; Rei enim æstimationi subjectæ valorem repræsentat, & obligationem, ut loquitur Addit Specul. §. qui legat. v. sed de interesse. de fruc. & int. primavā concernit, interesse ad secundariā pertinente l. quib. dieb. 40. §. 1. ff. condit. & dem. ubi propterea Javoleno pecunia dicitur, discernenti precium fundi ab impēsis in illū factis. Sic Paul. l. 1. ff. rer. perm. precium

B 2

ab ipsa

ab ipsa merce separat, nec rationem pati, ait, ut una  
eademque res & veneat, & precium sit emtionis. *fac. §.*  
*item precium. 2. l. emt. vend. l. 1. ff. eo. l. emti fides 9. l. fin. C.*  
*eo. p. l. promissor. 21. pr. ff. constit. pec. Ferre. ad l. no. un. f.*  
*mibi. 168. post Forc. Tr. de mo.* Deinde interesse non ex  
conventionem contrahentium, sed contingenter ex fa-  
cto, vel cessatione oritur *l. si traditio. 4. C. act. emt. & in-*  
*certum est. §. fin. J. V. O. l. fin. ff. prat. stip. Phil. Math. ad l.*  
*quatenus 24. n. 4. R. J.* Precium vel communi hominū  
placito, vel ipsorum contrahentium voluntate defini-  
tur. *l. precia rerum. 63. ff. ad L. Falc. d. l. fin. ff. prat. stip.*  
*Gôdd. ad l. hæc verba. 293. n. 2. V. S.* Sanè in precij consi-  
deratione rem, quanti ea revera valet, spectamus: in  
eo, quod interest, damna occasione rei illata intue-  
mur. *Molin. n. 9. Tr. inter.* Interdum tamen precium  
alius significationis est. *l. fin. §. fin. ff. Leg. Rhod. l. quod si*  
*28. §. idem juris 2. l. insulam 58. pr. ff. loca.* Pensionem  
*l. ea lege 51. §. 1. eo. l. si quis 10. in fin. ff. acq. poss. mercedem*  
*l. prator ait 2. §. si in re 24. ff. vi bon. rapt. l. Lex Cornelia §.*  
*in fin. ff. injur.* præmium denotat. Congruit illud *vopisci*  
*in Aurelia*: debet esse quid precium meritorum præ-  
ter dignitatem.

Tandem pro Interesse, sed abusivè, accipitur, ut *l.*  
*inde Nerat. 23. §. 1. ff. ad L. Aq. l. de eo. 12. §. si post. 4. ff. ad ex-*  
*hib. vim cum precio Phrasis*: quanti ea res est: habet  
eandem, siquidem veram rei æstimationem innuit *l.*  
*inter hæc 179. V. S. & expressè l. 193. d. t.* ab eo, quod inter-  
est, sejungitur. Porro Rem ipsam diversum quid es-  
se ab eo, quod interest, palam facit *Ulp. l. Julianus 13. ff.*  
*act. emt. ubi tignum*; hujus precium, & interesse, ex vi-  
tio dissimulato natum, probè segregat. *Fac. l. qui tabu-*  
*las 27. pr. l. insurti 50. pr. ff. furt. Ferre. n. 6. inters.*

X. Desi-

*Definitur interesse, quòd sit damnum circa rem emergens, vel lucrum ita cessans.*

Argumento sunt. *l. si sterilis 21. §. cum per vend. 3. ff. act. emt. l. apud Julian. 11. in fin. pr. ff. ad Treb. l. si commissa 13. ff. rem rat. hab. l. no. un. ibi:* quod revera inducitur damnum. Et eandem ferme tradunt definitionem *gl. ad l. no. communiter à Dd. approbata. Trentac. lib. 1. resol. un. n. 2. de int. Molin. n. 7. de eo quod int. Sichar. n. 11. ad Rub. C. usur. König. proc. c. 137. n. 1. Schneidw. §. fin. n. 16. I. V. O. Donel. ad l. 1. n. 8. C. eden. idem lib. 26. com. c. 14. §. c. 2. de eo quod int. Forcat. Necyo. dial. 41. n. 4. §. 5. Joan. de Lareb. de mor. c. 16. Gödd. ad l. cum prator. 81. n. 4. V. S. Treut. vol. 2. disp. 23. th. 4. Phil. Math. adl. quatenus 24. n. 2. R. I. ubi Hænon. Damnum genus est; denotat enim jacturam utilitatis præstationi obnoxiam. *l. si Tutor. 17. ff. aut. Tut. l. si servus 61. §. quod si 3. ff. Fur. l. cum prator. 81. V. S. l. no. un. ibi.* damnum reddatur. Atque cum discrepent hoc loco noxia, & hujus eventu damnum emergens, arguantur frustra, qui per damnum interesse definiri posse inficiantur. Molin. & Gödd. *dd. lo.* Dictiones circa rem differentiam faciunt, ad excludendum id, quod extra rem, ideam interesse alicujus poterat offundere, cujusmodi exempla leguntur *l. quemadm. 29. §. item Labeo. 3. ff. ad L. Aq. l. si sterilis 21. §. cum per vend. 3. ff. act. emt.* Etenim vox circa non quidem arguit principalitatem *l. Rutilia. 69. ff. contrab. emt. l. qui duo. 3. ff. serv. rust. pr. ed.* sed tale significat accessorium, quod causam principalem, quocunque etiam fertur, velut*

B 3 umbra,

umbra, nexu sectatur cohætorio *l. inde Nerat. pr. 23. ff. ad L. Aq. l. venditor 8. ff. evic. l. in hac 28. ff. dam. inf. Add. Specu. §. qui legat. ibi: quoddam circa rem. de fruc. & int.* Lucri verbum, disjunctivè additum, alternationem respicit, quod interdum damni, aliquando lucri, vel quandoque etiam utriusque simul habetur ratio, pro facti circumstantijs, & negocij qualitate *l. arbitraria 2. in fin. ff. eo quod cer. lo. l. si fundus 33. ff. loca. d. l. in hac 28. ff. dam. inf. l. si commissa 13. ff. rem rat. hab.* Joan. del. Castil. *contro. p. 1. c. 1. p. t.* Coraf. *misc. 3. c. 13. n. 6.* Farinac. *dec. crim. 69. n. 2. Dec. cons. 441. n. 13. & 14.*

## XI.

### *Interesse divisionis expers genere suo unum est.*

Simplicitas nascitur ex aptitudinæ negocij sub-  
jecti timore occasus partitionem non ferentis, & ex-  
istentiæ bonum unitate perficientis. In hoc nempe  
agitur duntaxat, quod cujusque verè interest, citra fi-  
ctionis colorem *l. stipulatio. 21. §. si. ff. op. nov. nunc l. præ-  
tor ait 3. §. si ad plures 9. ff. sepul. viol. Dyn. ad c. mora. 25.  
n. 7. & seqq. ubi gl. lit. k. extr. de R. J. in 6. Molin. n. 17. Don.  
c. 3. Oest. c. 2. n. 25. Irr. interes. Treutl. vol. 2. disp. 23. th. 4.  
lit. b. Diss. multi gl. ad l. no. un. ubi Br. n. 11. Jas. l. un. §. hoc  
judicium 4. n. 18. ff. si quis jus dic. Specul. §. nunc dicamus de  
fruc. & int. Trentacinq. resol. un. n. 39. cum seqq. de inter.  
Schneidew. §. fin. I. V. O. n. 17. & seqq. Costal. ad l. numis 3.  
n. 18. & seqq. ff. in lit. ju. Hotom. Tr. inter. mibi f. 226,*

## XII. Dubi-



XII.

*Dubitavit Antiquitas de sola quantitate  
ejus quod interest, quous q, sc. ea  
excurrere posset.*

Per proemium l. no. un. gl. & Dd. plerique putant  
veteres de duobus dubitasse potissimum. 1. An simili-  
liter interesse extra, sicut id, quod circa rem est, com-  
prehendat. 2. Num lucri intercepti juxta, atque da-  
mni accepti, in eo quod interest, habenda esset ratio.  
Sed neutrum est probabile. Ferre. ad l. no. f. 149. post  
Forcat. de mo. Hoc textu confellitur manifesto, ibi:  
Non solum hoc in damno, sed etiam in lucro nostra ample-  
bitur constitutio; quia & ex eo veteres id, quod interest,  
statuerunt, l. si servum 33. ff. ad L. Aq. l. arbitraria 2. in fin.  
ff. eo quod cer. lo. l. si commissa 13. ff. rem rat. hab. Illud in-  
firmat l. si sterilis 21. §. cum per vend. 3. ff. act. emt. Dubi-  
tatum itaque fuisse de solo modo ejus, quod interest,  
facile apparet ex versic. sancimus l. no. Nam cum non  
nulli existimarent, interesse etiam duplum egredi, &  
sic peti posse. d. l. arbitraria alij id ipsum intra duplum  
tunc concluderent, quando mediocrium erat facul-  
tatum Reus conventus l. Titius 43. in fin. cum l. seq. ff.  
act. emt. unde inextricabiles enascebantur circuitus,  
immodicis perversionibus partem læsam identidem  
prementibus; Justinian. prolixitates tollere omnino,  
finemque dubitationibus per suam constituit. ita im-  
ponere voluit. Quod ut rectius præstaret, certos ab in-  
certis casibus distinguendo, in illis dupli quantitatem,  
evictionis exemplo, interesse non excedere, in his ve-  
rò damnum, quod revera inducitur, ad judicis discre-  
tione requisitionem, reddi debere constituit.

XIII. Ca.

*Casus certi Iustiniano sunt, qui certam habent quantitatem, vel naturam.*

Casuum appellatione exponuntur themata, seu facti species, ex quibus nascitur obligatio inter contrahentes, agiturque in id, quod interest actoris. Molin. n. 3. Don. c. 5. Oest. c. 5. n. 4. de eo quod int. Certa quantitas res concernit fungibiles, in certo, & determinato pondere, numero, mensura consistentes p. l. certum illud est 6. ff. Reb. cred. & in obligationem principaliter deductas. Natura certa respicit quoddam totum, & integrum, civiliter ita dictum, vim gerens certi simpli, communiter aestimabilis, & duplabilis. Simplum est res certae quantitatis, vel naturae, principaliter ex dispositione debita, cui extrinsecus obligatio ad interesse accedit. Molin. n. 66. Duplum verò, quod in casibus certis excedere non licet, id accipitur, quod simplum implicat. Hinc Paul. l. Titius 43. & Affrica. l. seq. ff. act. emt. prudenter responderunt: Emtorem servi ex Fideicommissio ad libertatem aspirantis, à venditore, & precium datum, & quos in homine erudiendo fecit sumtus, ad isométerousque, i. e. alterum tantum, esse consecuturum. Sic qui tigna emit, & obmoram non dolosam traditionis damni quid patitur, amplius recuperat nihil, quàm precium prænúmeratum cum isométerω, etiam si plus interesse doceatur: quia causa proxima, ex qua obligatio ad interesse orta est, sola tigna non tradita specificum habet objectum, certa

& limi-

reparandum reddi debere constituitur.

XIII.

& limitata natura præditum. Quare hoc casu id, quod interest, tignorum emtorum, sive sui objecti simpli æstimationem ultra duplum excedere nequit. Molin. p. 4. d. tr.

XIV.

*Casus incerti qui sunt, ex sensu contrario scire proclive est.*

Sicut certitudo casus interesse æstimatur ex specifico objecto certæ quantitatis, vel naturæ, puta iocadis olei, prædiô, caballo: Sic ea, quæ ab initio dispositionis non esse determinata, nec perceptibilem certam quantitatem, vel naturam duplabilem, veluti facta, delicta, videntur habere, casuum incertorum argumentum est. Proinde hîc interesse à subtili iudicis arbitrio, ibi à Lege taxationem recipit, propter disparitatem conditionis, casuum discrimen importantem.

XV.

*Analogiâ quadam conveniunt quandoque casus incerti cum certis.*

Fit sæpenumero, ut iudex circumspectus condemnationem casuum certorum imitetur in casibus incertis, nec dupli modum excedat; quod tunc evenit, quando tempore contractus verisimiliter non fuit cogitatum de periculo majore ultra rem principalem suscipiendo. Nam si vascularius dolia quædam non ad vini usum venalia exposuit, sed cerevisiæ; emtor autem vinum infundat, cui non sint continendo, & rumpantur: venditor quamvis doliorem caducitatem

C

tatem

tatem ignorare non debeat, qui tamen opus ad vinū  
capiendum non destinaverat, unde nec detrimentum  
hoc, ratiōe suæ professionis, tacitè susceperat, de vino  
profuso non tenetur, sed istius liquoris, cuius immit-  
tendi ergò dolia erant confecta, æstimationem saltem  
præstat. Molin. n. 61. cum seq. d. tr. Idem statuitur de Fa-  
bro, qui trabes fragiles ad fulciendam domunculam  
vendidit, quas emtor, mutato proposito, deinde ap-  
plicat ædificio majori, in quo fortè intellexit celeriori  
opus esse remedio, & propter vitium trabium corrui-  
totum ædificium, quod constitisset, nisi ab initio tra-  
bes, etiam ad ruinam domunculæ avertendam, inuti-  
les fuissent.

#### XVI.

*Pœnam conventionalem egredi alterum  
tantum in casu certo, incivile est,  
& iniquum.*

Concordant. Men. de A. I. 2. cas. 260. n. 18. & seq. cum  
ibi citatis. Molin. n. 164. Oest. c. 5. n. 67. Hotoman. f. mihi  
234. post Forc. de mo. Terr. int. nisi iusta adsit causa, quare  
aliter stipulari liceat: etenim naturæ congruum est,  
& communi hominum societati utile, eas tantummo-  
dò exigi pœnas, quæ vel cum competenti moderami-  
ne proferuntur, vel à legib. certo fine conclusæ statu-  
untur, l. no. un. In casu verò incerto posse tolerari ex-  
cessum cum modo probabilis interesse convenien-  
tem, dubium non est. Molin. n. 169.

#### XVII. In

XVII.

*In quaestione ejus, quod interest, tam lucrum, quam damnum Justinianeae amplectitur constitutio.*

Rectè: Nam patrimonio nostro non solum ea, quæ habuimus, alterius culpâ decedunt, sed etiam quæ verisimiliter consequi potuimus *l. si servum 33. ff. ad L. Aq. l. si fundus 33. ff. loca l. si commissâ 13. ff. rem. rat. hab.* Unde communiter ubique & interesse lucri cessantis, sine labe usurariæ pravitatis, exigî potest, *c. dilecti 17. extr. fo. comp. gl. singularis ad c. conquestus 8. verb. defendo. extr. usur. ubi Panor. n. 6. Socin. Reg. 3. Fall. 31. § 33. Innoc. in c. 1. § 2. de usur. Aris. Tapa. variar. lib. 1. de intere. f. 212. l. atqui 19. §. non tantum 4. ff. negoc. gest. l. socium 60. ff. pro soc. l. Julianus 13. §. ex vendito 19. cum seq. ff. act. em. l. § in contraria 37. ff. usur. l. usuras 2. C. eo. ubi Salic. n. 2. § Caltr. n. 3. Pet. Navar. lib. 3. de restit. c. 2. n. 279. Covar. var. res. lib. 3. c. 4. n. 1. Cravet. cons. 912. n. 11. Rolan. cons. 35. n. 1. 2. 3. lib. 1. Gutierrez. de juram. confir. p. 1. cap. 2. num. 3. Surd. de alim. tit. 1. q. 45. n. 28. Bonif. Rug. cons. 57. à num. 40. lib. 1. Peregri. de fideicom. artic. 33. num. 35. Menoch. cons. 7. à n. 16. lib. 1. Honded. cons. 50. n. 1. lib. 1. Castil. cap. 1. contro. n. 14. Gail. 2. obs. 5. n. 14. § 15. Ne quis forte, cum dispendio alterius locupletetur. Dec. cons. 119. n. 2. Sed quia causa interesse utriusque non est eadem, si quidem alterum de damno vitando, alterum de lucro certat captando. Castil. d. c. 1. n. 22. Gail. 2. obs. 6. n. 1. ideoq; per se seorsim utrumq; solet considerari. Bal. cons. 182. pr. vol. 1. Sot. de I. § Jur lib. 6. q. 1. art. 3.*

*Interesse damni propinqui, non etiam remotioris, prestari solet.*

Hoc enim, quod casus obligatorius immediate non producit, petibile non est, sed quod revera inducitur damnum reddi debere ait Justinian. *l. no. un.* Sic poena, sub qua traditio servi, qui occisus est, permissa erat, in iudicium venit *l. proinde 22. ff. ad L. Aq.* & hereditatis aestimatio debetur, acquirenti extincto *l. inde Nerat. 23. d. t. l. venditor. 8. ff. evict.* At non piscium capiendorum, quod culpa nautarum navicula impingens explicata rupit retia; cum incertum esset, an aliquid caperetur *l. quemadmodum 29. §. item Lab. 3. ff. ad L. Aq.* Nec gregis, contagione unius morborum pecoris infecti, nisi scientia, & dolus venditoris intervenit, *l. Julianus 13. ff. act. emt.* Neque pecorum demortuorum ob herbam malam in saltu pascuo nascentem locato, si vitium locator ignoravit *l. sed addes 19. §. 1. ff. locat.*

*Ante moram commissam interesse non debetur.*

Ita tenent post. *l. lecta 40. circa fin. ff. reb. cred. l. cum quidam 17. in fin. pr. ff. usur. l. si ita stipulatus 14. ff. V. O. l. l. C. §. c. un. extra plus pet. §. si quis 33. l. act. Ruin. Conf. 55. n. 5. vol. 2. §. conf. 48. n. 1. 2. 3. vol. 5. Crav. conf. 609. n. 3. 4. §. conf. 893. n. 1. Farinac. dec. crim. 362. n. 1. Castil. c. 1. c. 1. n. 37. quod fallit, pacto taxativo interveniente. Farinac.*

*dec. crim. 372. n. 3. § 6. Frid. Marti. de cens. e. 3. n. 23. Covar. lib. 3. resol. c. 4. n. 5. Car. Molin. de commerc. q. 38. Cagnol. l. curabit 5. n. 59. C. act. emt. Dec. c. cum venerab. 6. num. 14. extra excep. Castil. c. 1. contr. n. 67. Hinc ex consequenti morosum debitorem ad interesse teneri palam est, & quidem regulariter in actionib. bonæ fidei. Gail. 2. obs. 6. n. 2. verum non lucri, sed damni saltem præstationem decerni in Cam. ait Gail. d. lo. p. tex. in l. si sterilis 21. §. cum per vend. 3. ff. act. emt. gl. ibid. in verb. estimandum. § gl. l. no. un. verb. dupli. Panor. ad c. conquestus 8. n. 6. § c. naviganti. 19. n. 14. extr. usur. Innoc. c. 1. n. 2. eo. Bl. in l. 2. C. usur. p. to. Nisi creditor negociari solitus sit, cui omni jure etiam lucrum cessans debet adjudicari, per tex. l. ideo 3. ff. eo quod cert. lo. gl. ad l. curabit 5. in verb. ratio. C. act. em. ubi Bl. n. 1. & Dd. communiter in l. socium 60. pr. ff. pro soc. Castil. c. 1. contro. n. 39. Mascard. encl. 933. n. 2. 3. § seqq. To. 2. de prob. Burs. conf. 68. n. 11. cum seqq. § n. 16. lib. 1. Sot. de I. § Ju. lib. 6. q. 10. art. 2. in fin. Navar. in manual. c. 17. n. 111. § seq. Gutier. de juram. conf. p. 1. c. 2. n. 4. Bolog. n. 112. ad l. no. un. Farinac. dec. crim. 211. num. 6. Meno. A. I. 2. cas. 119. n. 4. Cõl. proc. exec. p. 1. c. 10. n. 106. Gail. d. obs. 6. n. 3. Myns. c. 4. obs. 56. Coraf. misc. l. 3. c. 13. n. 6. Seb. Med. n. 440. p. 1. de conser. poss. Seu quivis alius, etiam negociationis inscius, si pecuniam emendo prædio, vel redditibus alijsve lucro sperato destinata habuit, quas ideo amisit, quòd pecunià mutuo data, tempore suo non reddita, caruit; modò constet disertè venditores præstò fuisse. Mascard. d. concl. n. 24. Barbos. p. 2. l. 2. pr. ff. solut. mat. n. 59. ubi scribit, non præcisè requiri, ut interesse lucri cessantis petens sit cum pecunia negociari solitus, sed exigì illud ad hunc effectum, ut lucrum hujusmodi reddatur probabile; quod si aliunde facile constet, petitioni obstare nihil.*

C 3

XX. Pe

*Petere interesse liquidabile prioris interesse liquidati, iniquum non est.*

Quamvis sunt, qui hanc assertionem tunc valere putant, quando certatur de damno vitando, non autem ubi agitur de lucro captando, quos refert Berl. p. 2. *concl. pract.* 38. n. 34. Castil. c. 1. *controv.* n. 55. & Trentacinq. lib. 1. *resol. un.* n. 34. *de int.* verius tamen putatur, eandem utrobique petendi obtinere licentiam, per ea, quæ tradit Menoch. A. I. Q. *cas.* 119. n. 18. & *seqq.* modo concurrant & in secundo interesse requisita, quæ efficiunt, ut creditori prius illud vel damni, vel lucri sine obstaculo debeatur; nempe factam esse in solvendo moram, actorem solitum negociari, & tales adfuisse merces, quibus emtis lucrum fieri potuisset. Quibus ita præsuppositis, causæ nihil est, quare posterius juxta, ut interesse prius, non debeatur, cum eadem utriusque sit ratio, & persequendi occasio; quod non obscure significare videntur verba l. no. un. *damnum re-* *vera inductum reddatur,*

*Valet pactum de stando simplici creditoris assertioni super eo quod interest.*

Quamvis dissentire videatur Cõl. *proc. p. 1. cap.* 10. n. 128. Si tamen nulla creditorem fraudis arguat suspicio, putamus cum Br. *ad l. fin. n. 3. ff. prat. stip. conventio-* *ni locum esse, idque ob vim placiti l. 1. pr. ff. pac. l. 1. § si* *convenit 6. ff. depos. l. cum venderem 21. ff. loca. l. contractus* 23. R. I.



23. R. I. Bapt. A. sin. in prax. judic. §. 32. c. 2. ampl. 9. num. 2.  
Alex. cons. 37. n. 31. vol. 2. Ferrarien. in for. lib. act. real.  
verb. & expensis n. 11. Vincent. Caroc. q. 5. n. 5. & seqq. de  
juram. decis. Heig. p. 2. q. 3. n. 18.

XXII.

*Creditor in suscepta juxta Const. Electoral.  
30 p. 2. interesse probatione deficiens ad be-  
neficium consult. Torgens. vom  
Wucher/ vnd wucherl. Con-  
tract, redire nequit.*

Propter summam difficultatem probandi in-  
teresse, quod in cognitione plerumque redigitur ad  
exiguam quantitatem *l. fin. ff. prat. stip. Br. ad l. 2. in fin. C.  
rescind. vend. Rebus. ad l. no. un. n. 482. Menoch. A. I. 2.  
cas. 116. n. 20. & cas. 119. n. 8. Sereniss. & prudentiss. Dux, &  
Electo Sax. Divus Augustus, laudatissimæ memoriæ,  
An. 83. M. Maij 18. subditis suis edictaliter clementissi-  
mè permisit, deinceps in iudicio contradictorio cre-  
ditoribus, etiam sine probationis onere incumbente,  
certum inter usurium in executione adjudicari: ita  
tamen, ut, si Actor pluris sua interesse probare velit,  
optionem habeat liberam. Col. proc. p. 2. c. 10. num. 85.  
Berl. p. 2. concl. pract. 38. n. 20. sin probationem susceptã  
deserens rursus affectet Electorale privilegium, non  
auditur, sed quia semel viam probandi elegit, regres-  
su ad aliam prohibetur, *l. si mulier 21. in fin. ff. quod met.  
caus. l. si quis 11. C. de reb. cred.* Etenim Actor probè in-  
structus cõparere debet in foro, & certus esse, quomodo  
suã probare velit intentionem *l. fin. C. probat.* ideoque  
minus variare licet, cum, quod semel placuit, displice-  
re amplius non possit *c. mutare 33. c. quod semel 21. R. I.*  
*in 6.**

in 6. l. pomponius 9. ff. negoc. gest. l. si quis 112. ff. V. O. Et ita  
pronunciatum esse tam in judic. Appell. quàm Witte-  
berg. Anno 88. testatur Heig. p. 2. q. 2. n. 13. Berl. p. 2. concl.  
pract. 38. n. 21. Adeo, ut nihil proficiat qui probandi  
onus eligens protestatur, si deficeret in probatione,  
salyum sibi Novel. Sax. fore beneficium: quia an cre-  
ditori post moram debeatur inter usurium, id ex sola  
potestate, & juris dependet dispositione, non ex vo-  
luntate litigantis. Novel. elect. 30. p. 2. Protestatio au-  
tem voluntatis impatiens, & actu infirmior nihil re-  
levat. Br. l. non solum 8. §. morte ejus 6. n. 13. & seq. ff. oper.  
nov. nunc. Gail. 2. obs. 101. n. 2. & 3. cum ibi allegatis.

### XXIII.

*Interesse ex parte producentis semiplenè sala-  
tem probato, locus est juramento  
suppletorio.*

Peti interesse per articulationem conditione  
certi generali, si certum est ex rerum natura, quan-  
tum fit, sed nescitur, & postea certificari arbitrio judi-  
cis, tradit gl. ad specul. §. viso. n. 9. lit. b. de fruct. & int. p.  
l. si servus 108. §. qui quinq. 10. lega. 1. vel etiam incerti, ut  
refert Ulpian. l. fin. ff. si quis in jus voc. Oesten. c. 6. n. 1. de  
eo quod int. & ita jure actionis, ut innuit Celsus. l. si quis  
13. ff. re judic. Ulpian. l. stipulationes 72. vers. Celsus l. quo-  
ties 81. pr. & Pompon. l. si quis 12. §. 1. ff. V. O. gl. fin. ad spe-  
cul. verb. de interesse d. t. Probare autem interesse cum  
sit difficile, idcirco testibus sæpenumero opus est. Jac.  
§. curare 32. num. 59. l. act. Bl. ad specul. §. qui legat vers. sed  
quomodo d. t. Angel. §. si. n. 2. & 5. J. V. O. Col. proc. p. 1. c. 10.

n. 107.

n.107. Ex circumstantijs, & conjecturis demonstratur. Menoch. A. l. Q. cas. 119. n. 9. Judicis arbitrio interveniente l. ideo 3. ff. eo quod certo lo. l. semper 15. S. hoc interd. 7. ff. quod vi. Franc. Areti. ad l. divorcio. 8. §. item si messes. 3. ff. sol. mat. Franc. Marc. decis. 167. n. 10. p. 2. Magon. Decis. o. n. 39. Nat. cons. 370. in fin. lib. 2. Bursa. cons. 68. n. 33. lib. 1. Castil. c. 1. contro. n. 48. Gail. 2. obs. 6. in fin. vel per juramentum probatur l. semper 15. S. sed quod 9. ff. quod vi l. si quando 9. C. unde vi. gl. ad c. qualiter 17. extr. accus. Barthol. Socci. R. Jur. 139. **König** pract. c. 136. n. 4. & c. 137. in fin. Proinde si actor suum interesse semiplenè saltem probavit, petere potest deferri sibi juramentum suppletorium, quo mediante, causa cognita, rem decidi oportet l. in bona fidei 3. C. reb. cred. ubi gl. verb. decidi oportet. Jas. ad l. admonendi 31. n. 75. & 118. ff. jurejur. Et hanc sent. esse communem, profitetur Salic. ad d. l. bona fidei n. 25. & seq. Ripa. ad d. l. admonendi n. 69.

XXIV.

*Judex pro qualitate probationis quandoque interesse taxare potest.*

Quod interesse probare teneatur Actor, ex precedentib. patet. Hoc si legitimè quidem demonstratum, quantitas autem liquida facta non est, judex, evidentiâ probationum examinata, eam ex officio investigabit, & tunc juramento actoris confirmatam adjudicabit, c. fin. extr. bis que vi met. cau. Heig. p. 2. q. 2. n. 33. cum ibi citatis, qui cum Cagnolo affirmat, hoc ita usu, & praxi observari.

D

XXV. In-

*Interdum etiam non petitur  
decernere.*

Argumento est *l. adiles 25. §. item sciendum 8. ff. edil. edic.* Quamlibet verò iudex regulariter alicui suum officium, nisi ante imploratum, impertiri obstrictus non est, *p. l. ad peremptoriam, 68. ff. judic. l. dies 4. §. hoc autem 8. ff. dam. inf. Gail. 1. obs. 50. n. 6.* si tamen actor jus, & justiciam sibi administrari petierit, (nam hujus clausulæ is est effectus, ut videatur actor omne suum jus, utcumque competens, deduxisse. *Myn. 4. obs. 55. num. 4. cum ibi citatis*) ea quoque, quæ ex natura actionis in litem pendentem incurrunt, quamvis libello comprehensa non sint, iudicis officio inspiciuntur *c. abbate 3. vers. prefatus extr. sent. & re jud. in 6. l. non solum 13. ff. R. v. l. fin. C. annal. except. Br. ad l. non potest 23. ff. judic. l. 1. §. inde scribit 21. ff. depos. Costal. ad d. l. non solum n. 1. & seqq. & l. quesitum 33. n. 5. ff. pecul.* Iudex enim non solum petitionem Actoris, sed rei gestæ veritatem, ex actis constantem, spectare debet. *Innoc. ad c. examinata 15. extr. Jud. Guid. Pap. cons. 4. n. 3. & seq. itemq; cons. 49. n. 6. Oest. c. 6. n. 3. de eo quod int.* Idque ita observari in Camera testatur *Myns. d. 10.*

*Sed non audit Creditorem, qui præter interesse exigibile, nomine collectarum, Magistratui superiori per solvendarum, contra debitorem executionem petit, etsi illa stipulationi fuerint inserta.*

Solent pecuniarum elocatores inhumaniores  
 saepenumero ita pacisci: Quod si Magistratus ordina-  
 rius fortè pecuniæ mutuò datæ tributum aliquod im-  
 poneret, ut illius solutionem, ultra interesse minus  
 disputabile, debitor, vel hujus fidejussor, tunc in se  
 susciperet; putantquæ debitorem, jure hujus pacti,  
 præcisè teneri *p.l. si fidejussor 7. S. pen. ff. qui satisd. cog. l.  
 interdum 36. in fin. ff. judic. verum, talem conventionem  
 esse injustam, & improbari; scribunt post Car. Molin.  
 de usur. q. 6. n. 129. Andr. Rauchb. p. 1. q. 18. Warem. de Eh-  
 renb. in verisim. c. 14. n. 9. Anton. Dering c. 24. n. 270. &  
 seq. de fidejuss. Mol. p. 2. Const. Elect. 30. n. ult. qui dicit,  
 ita Wittebergæ esse responsum: Etenim æquum est,  
 ab eo tributum solvi, qui rem tributariam jure pro-  
 prio possidet, fructusque illius suos facit, l. rei annona-  
 tiæ 2. C. sine censu, vel reliq. fund. comp. l. obsistere 10. ubi Bri-  
 C. anno. & tribut. lib. 10.*

XXVII.

*Adjudicat autem venditori interesse pre-  
 cij non soluti legitimum, licet in concursu  
 nec res vendita, nec alia debitoris  
 bona obligata, ad sortes reli-  
 quorum creditorum  
 exolvendas, suffi-  
 ciant.*



120  
Argumento sunt *l. Julianus 13. §. ex vendito. 19. cum*  
*§. seq. ubi Castrenf. ff. act. emt. l. curabit. 5. C. eo. ubi Hieron.*  
*Cagnol. n. 38. §. l. usuras 2. C. usur.* quia tempore prior in  
forte principali etiam prior esse debet in accessorio,  
*l. Lucius 18. ubi gl. §. Br. ff. qui pot. in pign. Negusant. memb.*  
*2. p. 5. n. 10. de pign. §. hypoth. Myns. 1. obs. 59.* Nec obstat,  
quod in ordinatione Electorali Torgensi his disponi-  
tur verbis: **Wenn eines Schuldners Güter so-  
weit nicht zureichen/das die gleubtiger alle ihres  
ihm vorgesehten geldes davon befridiget werden  
kündten / oder do sie gleich endlichen zureichen/  
wegen der Zinsen/ehe die vergnüget würden/die  
Heüpsummen weit zurück gesetzt werden mü-  
sten/Sol man auff solchen fall von außgeliehe-  
nen geldern auff keine Zinse / sondern allein off  
die liquidirten Heüpsummen sprechen / wenn  
aber dieselben abgelauffen/vnd bezahlet / vnd es  
würde alsodenn noch was ubrigen seyn / mag  
man von demselben auch die Zins den gleubi-  
gern/ nach eines jeden habenden rechten / vnd  
prioritet, zuerkennen/Etenim hæc ex pecunia  
mutuo data lucrum captantes concernunt; casus ve-  
rò noster damnum vitare volentem. Venditor nempe  
nomine precij non soluti inter usurium petens, rem  
propriam potius persequi videtur, fructus scil. quos  
ex re vendita percipere potuisset, vel sanè eorū com-  
pensationem. Modest. Pist. q. 108. n. 9. ubi Jacob. Schult.  
add. n. 12. §. seqq. allegans pro hac Sent. Const. Elect. 30.  
p. 2. §. **wenn aber einer ein Gut erkauft &c.** In cujus  
dèclaratione Moll. hæc inclinatur *n. fin. quæstionem ad***

fide

652  
fidejussorem, maritum, dotem non illatam petentē,  
& creditorem feudalem, expressam, & confirmatam  
anteriorē hypothecam habentem, extendens p.  
*Const. Elect. 25. p. 2. § c. 28. n. ult. Semest. testatur, ita pro-*  
*nunciari solere. Quod & Col. proc. p. 1. c. 10. n. 90. § seq.*  
*voluisse nullum dubium est. Berl. p. 2. concl. pract. 38.*  
*n. 13.*

XXIIX.

*Rationem habet iudex interesse currentis,  
partibus super liquidatione ejus-  
dem discordantibus.*

Fit aliquoties, ut facti Sponsor in instrumento a-  
ja, se in casu moræ permissurum Actorj, ingredi, & oc-  
cupare sua bona, donec pro interesse satisfactum sit.  
Quia tamen hoc ita est exaudiendum; Si probatio le-  
gitima, in qua petitoris fundatur intentio, præcesse-  
rit; parata executio, sine præeunte liquidatione, sus-  
penditur, *Col. proc. p. 3. c. 1. n. 41. qui in terminis allegat*  
*Bened. de Barzijs in tract. Guarentig. super q. 2. p. 1. princi.*  
*§ Bl. ad l. si caussam. 2. n. 6. C. execut. rei jud. per Auth. § qui*  
*jurat. verb. declarati. C. bon. autor. jud. poss. Nec obstagia-*  
*tus, inferente Beroo cons. 193. n. 7. 12. 34. vol. 1. cunctari vi-*  
*detur, qui sub pœna obstagij (quæ tamen obligatio*  
*durior jure novo Imp. abrogata. Pol. Ordn. An. 77. tit.*  
*17. von wucherl. contr. §. wiewol auch / & c. § Constit.*  
*Elect. 22. p. 2. ubi Mol. n. 7. interdicta est. Col. proc. p. 1. c. 8.*  
*n. 85. § 88. Berl. p. 2. concl. pract. 28. n. ult. Gail. 2. obs. 45. n.*  
*6.) executivè se obligavit, quamvis locum determina-*  
*tum non ingrediatur, antequam interesse liquidetur;*  
*quia tunc pacta committuntur, cum gravamina non*  
*sunt,*

sunt, quæ opponantur *p.l. si certos 37. V. O. ne sit negocij captio, l. quoties 59. d. t.* stante igitur hac discordia, quaeritur, An actor interesse, quod interea probabiliter emerfit, liquidatione postmodum rite justificatâ, consequatur? Quod habeat petendi facultatem, Reo in causa succumbente, verius est, *argm. s. ecce 1. in fi. I. pœn. tem. lit. l. qui accusare 4. C. eden.* At si Debitor, dissensu pendente, & juxta executione tam super summa principali, quàm interesse procrastinata, cursum interesse impedire, & præsertim periculum condemnationis in expensas termini executivi velit declinare; utile erit, interesse litigiosum ordinario tradere processui, & summam capitalem, Creditore suscipere detrectâte, obsignatam in judicio deponere, *l. acceptam 19. C. usur. l. obsignatione 9. C. solut. atq; ita impendia litis, & futurum interesse effugere p. l. quidam 21. ff. reb. cred. l. fin. ff. quib. mo. pign. vel hyp. solv. l. statuliber. 5. ff. statulib.*

XXIX.

*Et protestationi creditoris, sortem absq; liquidatione interesse recipientis, defert.*

Una petuntur actione Capitale, & interesse inde natum, non duabus *l. si deposita 4. C. dopos.* quia nefas est, litem aliam ex litis primæ materia consurgere *l. terminato. 3. C. fruct. & lit. exp.* Ex hoc igitur futurum esse videtur, ut, facta solius sortis acceptione, creditor postea à persecutione interesse excludatur *p. dd. II. Trentacinq. 1. Res. un. n. 60. de interes.* Quocirca prudenter facit, qui sorte recepta protestatur, se à petitione interesse, deinceps liquidandi, recedere nolle. Dubium enim non est, quin talis reservatoria protestatio jus protestantis salvum teneat. Et practicam hujusmodi esse communem, tradit Salic. *ad d. I. terminato n. 4.*

XXX.



*Sufficit, ad Debitorem in mora constituendum, ut ex eo tempore interesse currat, extrajudicialis interpellatio.*

Sunt, qui distinguunt inter contractus bonæ fidei, & stricti juris; quasi hîc sit necessaria litis contestatio. Areti. ad l. vinum 22. ff. reb. cred. col. 1. n. 2. Dec. col. 1. n. 3. Gomef. §. actionum 28. n. 19. & seq. I. Act. ibi extrajudicialis à creditore facta sufficiat interpellatio. Nos litis contestatione non esse opus, sed admonitionem extrajudicialem facere morosum putamus. p. l. ratio 3. §. si. & l. si sterilis 21. §. cum per. 3. ff. act. em. Curt. Jun. ad d. l. vinum n. 17. ubi Cagnol. n. 13. cum seq. Br. n. 5. Castr. n. 10. Jas. mibi n. 9. & seq. Ratio est: quia si ita debitor non teneretur ad interesse, mora sua illi esset lucro, cōtra l. in condemnatione 173. §. 2. R. J. c. mora 25. extr. eo. in 6. l. mora 32. pr. ff. usur. l. mora. 88. ff. V. O. Trentacinq. lib. 1. resol. un. n. 31. de interes. Idem obtinet in persona Fidejussoris, qui in omnem causam, & ita pro augmentis etiam, vel expressè, vel tacitè intercessit: etenim tunc, sicut principalis, & sortis, & accessionum respectu tenebitur, l. quero 54. pr. ff. loca l. latinus 56. ff. edil. edic. l. fidejussores 68. §. 1. ff. fidejuss. l. 2. §. qui fidejusserint 12. ff. admin. rerum ad civ. pert. l. initio 5. in fi. C. pac. inter emt. & vend. l. si mādator 8. C. quod cum eo, qui in alie. p. l. fidejussor 10.

C. fidejuss. Coras. lib. 2. misc. c. 12. n. 8. cum seqq.

Gôd. de contrab. stip. 11. concl. 10. n. 136.

Val. Franc. c. 5. n. 41. & Anton.

**Dering** c. 24. n. 216. cum

seqq. Fach. contro. 1 de Fidejuss.

lib. 7. c. 57.

SOLI DEO GLORIA.



Bitte hier einstempeln!


Coll. diss. B 88

